



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

VIII. Herzog Boleslav von Schlesien und Polen bestätigt den Klöstern  
Leubus und Trebnitz so wie der Stadt Müncheberg die früheren  
Schenkungen, im Jahre 1245.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

VIII. Herzog Boleslav von Schlesien und Polen bestätigt den Klöstern Lebus und Trebnitz so wie der Stadt Müncheberg die früheren Schenkungen, im Jahre 1245.

— — ne nostrorum fiant irrita facta progenitorum, quam plurimum noticia volumus eadem commendare, ut uel sic maliciis hominum ualeamus obuiare. Nouerit siquidem uniuersitas fidelium — — quod bone memorie duces zlesie et polonie, Auus et pater noster, quorum uterque Henricus nomine uocabatur, piam circa domos religiosas sollicitudinem gerentes, ipsis in temporalibus sibi a deo collatis eternorum intuitu prouiderunt, ut dum ipsis carnalia partirentur in terris ipsorum, laboribus adiuti spiritualium participes efficerentur in celis. Inter quas cum domus Lubense scilicet monasterium et Trebnicense Cystericiensis ordinis, Vratizlauenensis diocesis, speciali prerogatiua dilectionis ratione meritorum redderent insignes, sicut affectibus ita et redditibus noluerunt deesse quin ipsas efficerent locupletes. Et quia constat, quod predicti nostri progenitores ante nos nostra dederunt, nos Boleslaus, dei gratia ipsorum filius et successor heresque legitimus, dux zlesie et polonie, ipsorum donationes seu libertatis, sicut in scriptis inde confectis plenius continetur, ratas habentes confirmamus. Significantes nichilominus prefatos duces cenobijs predictis in territorio de Lubus quadringentos mansos cum lacubus infra situs cum omni utilitate contulisse, uolentes ut opidum, quod nunc Monichberch appellatur, forum haberet et ius teutonicum centumque mansos pro agricultura et pro pascuis decem et locatoribus in antea, Henrico scilicet et Danieli, duodecim mansi per manum Abbatis Guntheri iure darentur feudali. Verum quia predicta bona in finibus polonie sunt constituta, ut ab hostium incursiis magis forent secura, placuit prudentie et sollicitudini ducum, quatenus predicti claustrales duas fundarent grangias, adicientes cuilibet quindecim mansos; set postea ad instantiam domini Guntheri Abbatis pater noster addidit sue grangie quindecim iterato, et de pratis ad sex mansos circa fluum qui Stoborow nuncupatur. Insuper quelibet villarum constructarum debet habere quinquaginta mansos a cultoribus iure teutonico possidendos. Nunc autem quoniam nostrorum progenitorum donatio nostra tenetur esse confirmatio, hec et omnia alia, que iustis modis possidetis, prout in priuilegijs ducum uel aliorum nobilium continetur, uobis et per nos nostris monasterijs scripto presenti confirmamus. Datum anno gratie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XLV<sup>o</sup>.

Wohlfürst I, 108.

IX. Erzbischof Willbrand von Magdeburg bestätigt dem Kloster Trebnitz seine Besitzungen im Lande Lebus, am 16. März 1253.

Wilbrandus, dei gratia sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Omnibus in perpetuum. — — vnde cum inter nos et Ecclesiam nostram ex vna parte, ac Abbatissam et Monasterium Trebnicense, dyocesis vratizlauenensis, ex altera, super bonis, que se in terra Lubuffensi habere dicebant, questio uerteretur, pro bono pacis et concordie concordauimus sic